

**A** gentium adeptus est. Cum Liby ante pugnam ei dixissent, quo tempore Ammon ex regno electus est, incolis predictum fuisse, venturum eius filium Dionysium, qui recuperato regno orbis imperium possideret, Deusque haberetur: existimans verum fore uaticinium, templo patri & urbe conditis, ut Deo illis honores impendit, quosdam instituens qui haberent divinationis curam. Traditur Ammon galea in bellis usus, cuius insigne fuit arietis caput. Sunt qui ipsum afferant natura in utroque tempore parvula habuisse cornua, propterea filium eius Dionysium eodem fuisse aspectu: posterisque traditum, Deum hunc cornua gestasse. Aedificata urbe, sacrificiis institutis, Dionysio ferunt in primis cum de exercitu oraculum consuluisse, responsum a patre traditum, quod propter eius in homines merita immortalis esset futurus. Quia re elatus animo, primò in Aegyptum exercitum duxit: eique prouincia Iouē Saturni Rheaque filium constituit regem, adhuc aetate puerum, addito ei praefectio Olympo: a quo eruditus, & ad uirtutē institutus, Olympius est cognominatus. Ferunt Dio nyssum Aegyptiō ostendisse uites platiare, uinum confidere, ac alitorum fructuum uinum. Aucta eius uirtutis fama, nulli ei obliuiscere bello ausi, sponte libe parebant, laudibus ac sacrificijs ut Deum colentes. Hoc pacto orbem a iunt peragrassile, domesticis arboribus regiones redentes excutas, beneficiaque populis praebeat. Vnde honores perpetuo gratiamque omnium allecutus est. His rebus, cum de ceteris diis uariè homines sentiant, solam Dionysij immor talitatem fixam animo tenent. Nemo est enim neque Græcus neque barbarus, qui illius beneficiorū gratiamque fuerit expers. Nam eos quibus aut patria agrestis esset, aut a uinearum usu aliena, poculum ex hordeo confidere docuit paulo inferius uini suauitate. Ferunt eum ex Indis ad mare descendenter, Titanas omnes qui cum maximis copijs aduersus Ammonē in Cretam transfirent, cepisse. Ac si aduersus Ammonē moto bello, Iupiter ex Aegypto, Dionysiusque, ac Minerua, & alijs quidam quos deos dicunt, in Cretam descendentes Ammoni subisdūm tulere. Inito certamine superior Dionysius, omnibz **B** Titanis interfecit, uictoria potitus est. Postmodum Ammone Dionysioque ex hominum uita ad immortalitatem translatis, Iupiter uniuerso imperauit orbi, sublatiis Titanis, nulloque eius imperium turbare auso. Hæc primi Dionysij ex Ammone Amaltheiaque natī gesta Liby fuisse tradunt. Secundus ex Io Inachi & Ioue genitus, Aegypto imperauit, initiationesque monstrauit. Tertius Iupiter ex Semele apud Græcos genuit, priorum uirtutis imitatorem. Nam et per omnē orbem exercitum circumduxit & plura reliqua trophya, statuasque suarum expeditionum um testes. Multa insuper loca cultiora plantis arborū redidit. Mulieres in militiam, uelut prior Amazones, duxit. Circa orgia & initiationes multum operæ impendit, tum uetera in melius redigens, tum quædam ipse adiuuentis noua. Cum temporum uetusitate priorum gesta inuen taque multis ignota essent, solus hic eorum qui ante se fuerant uirtutem & gloriam tulit. Non autem solum hoc ei contigit, sed Herculi quoque. Duo namque eodem nomine priores fuere. Superiorē Herculem in Aegypto natum ferunt, magna armis subacta orbis parte, in Libya columnam posuisse. Secundus Cretensis, uirtute armisque nobilitatus, instituit Olympicum: & tamen ultimum paulo ante bellum Trojanum ex Almena & Ioue ortum, magnam orbis partē peragrassile tradit, Eurysthei imperio parentē. Qui multis functiis certaminū laboribus, columnā in Europa erexit. Nominis igitur & rerū gestarū similitudo, cum defunctus esset postremus, superiorū illi gesta ascripsit: tanque unus tantū Hercules extitisset. Plures Dionysios fuisse, tum ex alijs conantur ostendere, tum præcipue ex Titanum pugna: qua cōstat, Dionysium cōtra illos Ioui auxilio affuisse. Non enim Titanas Semelis tempora tulere, neque Cadmus Agenoris Olympijs diis antiquior dicēdus est. Hac à Libyis de Dionysio tradita. Nos iuxta ordinē a nobis præscriptū, quartū descriptissimus librū.

Diodo.